

**I**n nomine Patris et filii et spiritus sancti. Notum sit omnibus christiane fidei cultoribus quod ego Břetislavus dei gratia Dux Boemorum  
maiores ecclesiam in Břevnov. in honore sancti Adalberti Boemice gentis apostoli. ob eternum remedium anime mee parentumque meorum. deo cooperante  
constitui. et eidem nomine dotis. has villas cum hominibus et earum pertinentiis dedi. Smilovice. Vaisovice. et in villa verduhovic. tres  
homines. Podmolech octo homines. Racovic. octo homines. Bvdegostic. dimidiam villam. Hrovic. dimidiam. segrovic. dimidiam. Quidam  
etiam hominem in Zlicma Keien nomine cum omni posteritate sua propter delictum suspendio iudicatum. addita terra. que postitati sue suffi-  
cienter servituti Břevnovensis ecclesie mancipavi. et alium virum Loben nomine in Crepenitz propter furtivam venationem similiter periculo  
iudicatum. cum sex mancipiis eidem monasterio dedi. ita ut domino albi et fratribus eius singulis annis quilibet illorum duodecim denarios per-  
solvat. et porcum tennem bene passum dent semel in anno. et pnoctationes et conductum quociens expedire domino albi vel nunciis ipsius.

Kníže Břetislav, 18. října 1045, Praha, falzum z 13. st. Edice: CDB I, č. 379.

Přepis: